

menſæ appropriaffe. Cum autem Angli pedem in Hibernia fixiffent, Hugo Laceius maximam ejus partem ſubjugavit, illique in feudum conceſſit Rex Henricus ſecundus, *Dominumque de Media* dixit, qui ab Hibernico dum *Derwarthe* caſtrum conderet ex improviſo capite truncatus; ille duos filios ſuſcepit Hugonem Comitem Ultoniæ, & Walterum Dominum de *Trim*, qui Gilbertum ſuperſtite patre deſunctum genuit. Per Gilberti autem filias Margaretam & Matildem, altera pars per *ſervillos* ex familia Lotharingica, & *Mortuomarios* in domanium Regium, Petrus enim de *ſenevill* ex illa Matilde natus Ioannam Rogero de *Mortuomari* Comiti *Marchie* enuptam genuit: altera per *Verdonos* ad varias in Anglia familias eſt devoluta. Patrum memoria in duas partes publico ordinum conventu diviſa fuit hæc regio, in Mediam ſcilicet Orientalem, & Occidentalem. Orientalem *Boandus* flu. qui Ptolemæo *Buvinda* primum interfluit, & poſtea cum *Droghda* elegans & frequens opidum a ponte ſic dictum alluerit, hanc partem ab Ultonia ſecludit. Occidentalis Media præter *Laberum* jam dictum, & *Delvin*, quæ olim Petrum *Meſet*, nunc clariſſimam Nogentorum ex Anglia familiam Baronis honore exornat, nihil memorandum habet. Gilbertus enim *Nogent* (ut habet Richardus Stanihurſtius, qui de rebus Hibernicis diſerte ſcripſit) vir cenſus equeſtris ob operam bello Hibernico egregie navatâ Delviniæ & Fourniæ coloniis ab Hugone Laccio Mediæ expugnatore donatus erat, è cujus ſtirpe Delviniæ Barones enati ſunt. Hibernicas gentes *O Malaghlen*, *Mac Coghlan*, *O Madden*, *Magoghigan*, quorum vel nomina barbarum quiddam ſtrepunt, libenter aliis relinquimus. In Media autem opida numerantur *Pontana*, quæ vulgariter *Droghda* nominatur, opidum lautiffimum, portum habens navium ſtationi perappoſitum. Sunt tamen qui mediæ huius opidi partem, nimirum trans flumen, in Ultonia ponant. Inſunt item in Media, *Molingaria*, *Fournia*, *Delvina*, *Trimmia*, *Kelleſia*, *Navania*, *Aboia*, *Dulekia* & *Scrimia*. Sunt & in hac provincia prope Foneram tres Lacus. ab invicem non remoti, quorum quilibet Piſcium ſuum genus continet; ad quem nunquam alii Piſces accedunt, licet tamen fluminis interlabētis beneficio vias commeabiles habeant: quinimo ſi Piſcis uniꝰ ad Lacum alterius deferatur; aut moritur aut ad priorem redit. Fluvii hic ſunt *Boandus* de quo ſupra, qui a velocitate nominatus videtur: *Boan* enim tam Hibernico quam Britannico idiomate velocem denotat. *Trim* opidum eſt melioris notæ, & antiqua quaſi Baronia Laceiorum. Eſt & *Sineus* flu. quem inter Mediam & Connaciam interlabi diximus, hic Ptolemæo *Senus*, Oroſio *Sena*, accolis vero *Shammin* dicitur, id eſt, *Flumen antiquum*. E Therne montibus in Ultonia effunditur, *Macolicum*, nunc, (ut Mercator noſter obſervavit) *Malc* cujus meminit Ptolemæus, inſiſit, ſtatimque ab altero ſpatioſo lacu excipitur (*Lough Regith* appellant) cujus nomen, & ſitus *Rigiam* urbem quam Ptolemæus eo loci ſtatuit, non procul abſuiſſe quodammodo ſubinnuit. Vbi vero Lacum hunc præterveſtus anguſtiori alveo intra ripas ſe colligit *Athlon* opidum inſidet, ſub quo flumen ponte è vivo faxo pulcherrimo magno ſeditioſorum terrori Dominus Henricus Sidnæus laudatiſſimus Hiberniæ Prorex non ita pridem conjunxit. Inde vero Senus maximarum navium capax diducto alveo Limiticum urbem, Hibernicis *Loumneagh*, Anglis *Limerike* amplectitur. Hinc per ſexaginta plus minus milliaria Senus rectus, grandis que in Occalum properat, demumque in Oceanum Occidentalem vaſto oſtio ad *Knoc Patric*, id eſt, *Patricii collis*, evolvitur.

Opidorū nomi-
na.

Lacus.

Flumina.